

8. Lernam controversiarum movent hic Sacra-
mentarij, & his succenturiantes Iesuite, ac ini-
tio nostras Ecclesias accusant, quod Unionem per-
sonalem cum Sessione ad dextram Patris confun-
dant, propterea quod utramque Exaltatione de-
scribant, cum tamen (secundum hypothesin Sa-
cramentariorum) Exaltatio demum in Ascensione
ad Cœlos Christo obtigerit.

9. Nullam vero duorum istorum Articulorum
confusionem à nobis committi, vel inde manife-
stum est, quod terminum per quem, à termino ad
quem, & consequens ac effectum, à suo Antece-
dente sive causa accuratè semper discernimus; &
quanquam una eademque est gloria, quam &
in primo conceptionis punto Christus secundum
humanitatem accepit, & quâ post sepositam ser-
vi formam uti cepit: tantum tamen discriminem u-
trique Exaltationi intercedere statuimus, quan-
tum est inter κτῆσιν καὶ Χρῆσιν.

10. At ὑπερλογικόν aliquid occultat hic gens
Sacramentaria, nimirum ex Vnione Personali, ni-
hil prorsus Exaltationis Humanæ Christi natura
obtigisse: sed quicquid in scripturis de exaltatio-
ne legitur, id demum tempore Ascensionis in Cœ-
lum ei tributum, ut magna quidem & excellenti.
sed creata tamen ac finita gloria & virtute du-
nata fuerit.

11. Atqui vero haud injuria ab ijs hoc loco que-
rimus. Si ante ascensionem gloria & exaltatio-
ne omni prorsus Christus secundum humanitatem